

loquitur,¹⁷ et super omnes coelos et coelestium spirituum ordines eleuatus est ad consessum paternae maiestatis, ubi nunc sedet in plenitudine honoris et gloriae, ut Primasius, Augustini discipulus, praeclare loquitur,¹⁸ non ut Deus verbum, qui nimirum coelos omnes fabricauit, sed secundum carnem et naturam humanam, cui data iam est omnis potestas in coelo et in terra. „Nam 5 diuinitas carni contulit, quod semper Filius Dei cum Patre possedit“,¹⁹ ut Seueringi uerbis utar, qui claruit^a circiter annum Christi 400. „Et illi“, inquit Hieronymus, „potestas data est, qui paulo ante crucifixus, sepultus in tumulo, postea resurrexit“,²⁰ id est, non de coaeterna Patri diuinitate, sed de assumpta humanitate et carne potestas illa in coelo et in terra et exaltatio Filio hominis 10 data siue ut Athanasius loquitur, *περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος οὐ περὶ τῆς θεότητος*²¹ intelligenda est, ut pia et orthodoxa antiquitas semper locuta est. [A 4v:] Verba igitur (oportet Christum coelum accipere) non de corporali aliqua sede aut loco, sed decore, honore, gloria et maiestate siue de plenitudine paternae maiestatis, ut pia et erudita antiquitas et cum hac omnes orthodoxi 15 omnibus temporibus locuti sunt accipimus, et in hac fide, sententia et confessione uiuimus, morimur et saluamur, scientes carnem siue naturam nostram a Filio Dei in unitatem personae assumptam, glorificatam et supra omnes coelos euectam, sedere ad dexteram Patris omnipotentis et habere omnem potestatem in coelo et in terra. „Accepit enim ut homo, quae habebat ut 20 Deus“, inquit etiam ipse Theodoretus, et sumpta ex nobis natura eiusdem honoris cum eo, qui assumpsit, sit particeps, „corpore non in diuinitatis naturam mutato, sed impleto diuina gloria“ (Dial. 2.)²² et „counito in unius deitatis perfectione“,²³ ut Epiphaniij uerbis utar.

Theodoretus ex Athanasio contra seipsum, ut uidetur, haec citat: „Sede a 25 dextris meis.“ De corpore dominico haec dicta sunt. „Si enim coelum et terra ego impleo“, dicit dominus, et omnia continet Deus, nullo autem continetur,

^a clarauit: B.

¹⁷ Oecumenius war Ende des 10. Jahrhunderts Bischof von Tricca in Thessalien und verfasste eine Reihe von biblischen Kommentaren: Oecumenius von Tricca, *Commentarium in epistolam ad Hebraeos VII*, in: PG 119, 360.

¹⁸ Haymon von Auxerre, *Expositio in epistolam ad Hebraeos VII*, in: PL 68, 732. Der Text wurde im 16. Jahrhundert Primasius von Hadrumantum zugeschrieben. Über Haymon ist wenig bekannt, er lebte in der Mitte des 9. Jahrhunderts in verschiedenen burgundischen Klöstern und verfasste exegetische Schriften und Homilien.

¹⁹ Ps.-Augustin, *Solutiones diuersarum quaestionum. Solutio LXXX*, in: CChr.SL 90, 211,16. Bei Migne nicht vorhanden.

²⁰ Hieronymus, *Commentarium in euangelium Matthaei IV*, in: PL 26, 226.

²¹ Athanasius, *De incarnatione et contra Arianos II*, in: PG 26, 988.

²² Theodoret, *Eranistes II*, in: PG 83,165 (Ettlinger 150,24–26).

²³ Vgl. Epiphanius von Salamis, *Panarion LXIX*, in: PG 42, 332 (GCS 37, 228,15–18). Bei Migne anders übersetzt.